BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 67r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



multi consurgent a finibus terre
arcum et scutum apprehendent. cru
deles sunt et in misericordes. Vox
eorum quasi mare sonabit et super
equos ascendent sicut vir paratus
ad prelium contra te filia babilonis
audivit rex babilonis famam eorum
et dissoluce sunt manus eius. angus
tia apprehendit eum dolor quasi parturi
entem. Ecce quasi leo descendet de
superbia iordanis ad pulchritudinem
robustam. quia subito eum currere
faciam ad illam. Et quis erit electus
quem preponam illi? Quis enim sim
lis mei? Et quis sustinebit me? et
quis est iste pastor qui resistat vul
tui meo? Propterea audite consilium
domini quod mente concepit adver
sus babilonem et cogitaciones eius
quas cogitavit super terram chalde
orum nisi detraxerint eos parvuli
regum et nisi dissipatum fuerit cum
eis habitaculum eorum. A voce capti
vitatis babilonis comota est terra
et clamor inter gentes auditus est.

Hec dicit
dominus. Ecce ego susci
tabo super babilonem et super
habitatores eius qui cor suum levave
runt contra me quasi ventum pesti
lentem et mittam in babilonem ven
tilatores et ventilabunt eam et demo
lientur ~~eam~~ terram eius. quoniam
venerunt super eam undique in die
afflictionis eius. nisi tendat qui ten
dit arcum suum et non ascendat lori
catus. Nolite parcere iuvenibus eius
interficite omnem militiam eius
Et cadent interfecti in terra chaldeo
rum et vulnerati in regionibus eius
quoniam non fuit viduatus israel et iu
da a domino deo suo exercituum. ter
ra autem eorum repleta est delicto ascon
israel. fugite de medio babilonis ut
saluet unusquisque animam suam. No
lite tacere super iniquitates eius. quo
niam tempus ulcionis eius est domi
no. vicissitudinem ipse retribuet ei.
Calix aureus babilonis in manu
domini inebrians omnem terram
De vino eius biberunt omnes gen
tes. et inde commoti sunt. Subito
cecidit babilon et contrita est. Ulula
te super eam. tollite resinam ad dolo
rem eius. si forte sanetur. Curavi
mus babilonem et non est sanata.
Derelinquamus eam et eamus unus
quisque in terram suam. quoniam per
venit usque ad celos iudicium eius et
elevatum est usque ad nubes. Protulit
dominus iusticias nostras. Venite et enar
remus in syon opera domini dei nostri.
Acuite sagittas. implete pharetras
Suscitavit dominus spiritum regum
medorum et contra babilonem mens
eius est. Rex medorum contra babi
lonem suscitabitur a domino ut per
dat eam. quoniam ulcio domini est
ulcio templi sui super muros babilo
nis levate signum. augete custodi
am levate custodes. preparate insidias
quia cogitavit dominus et fecit que
cumque locutus est contra habitatores
babilonis que habitas super aquas mul